



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XVI. An filiusfamilias pubes donare mortis causa possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

2 Hæc distinctio ex donantis intentione delumenda est, nam cum ab eius voluntate donatio pendat, ab eadem pendet donationis species. Colligitur autem hæc intentio ex verbis quibus donatio concipitur, & ex aliis circumstantiis quæ si intentionem sufficienter expriment nulla est questio: quando dubium est an donatio causa mortis, an inter vivos fuerit, in favorem donationis inter vivos iudicandum est, vtpote quæ præcipuum locum obtinet, & tradit Glossa leg. fin. Cod. de donation. & leg. apud Celsum §. Iuliam scribit, verbo sponssisset ff. de doli mali, & met. except. & leg. Seia §. fin. verbo stipulatum ff. de dote prælegata.

3 Quocirca si donatio concepta fuerit absque vlla mortis mentione censenda non est donatio causa mortis, tamen si ab infirmo, & morti proximo fuerit instituta. Vt habetur leg. Seia §. fin. ff. de donat. caus. mort. & leg. regia fin. tit. 4. par. 5. & ibi Greg. Lopez, Anton. de donationib. cap. 4. n. 15. Gutier. de iuram. cap. 12. n. 13. Molin. disp. 287. in 7. no.

Cum verò mortis mentio facta est, esto plerumque donatio causa mortis censenda sit, aliquando donatio inter vivos reputari debet, solet namque mentio mentis non pro donationis constitutione, sed pro illius executione apponi. Vt si diceret *Dono Titio centum que ei post mortem meam præstentur*, tempus enim mortis non donationi adicitur, sed illius executioni, ac proinde non impedit donationem inter vivos. Sicuti ex Gama accis. 103. num. 3. & 4. & decis. 143. notat Molin. dicta disp. 287. circa finem. Gutier. 1. p. de iuram. cap. 12. n. 20. facitque lex cum maritus §. fin. ff. de pact. dot. lib. Fach. lib. 5. controu. c. 22.

4 Dubium verò est, An si donatio facta causa mortis adicere pactum non reuocandi constituta donationem inter vivos. Negat Glossa leg. si alienam §. Marcellus ff. de donat. causa mort. & leg. si quis in principio testamenti ff. de legat. 3. & in leg. Dini §. licet ff. de iure codicill. Bald. in l. cum quis ff. de condit. ob causam Alexand. in leg. que doris ff. soluto matrim. in 6. fallentia. Angel. cons. 254. Cornueus conf. 126. lib. 1. Decius conf. 475. num. 17. Aymon conf. 11. lib. 1. Ducuntur primò, pactum de non reuocando donationem causa mortis aduertum est natura donationis causa mortis, quæ se reuocabilis est, ergo nequit cum ipsa donatione consistere, argum. leg. cum precario ff. de precario. Secundo cum contractus est reuocabilis clausula accessoria reuocabilis est. leg. sub conditione ff. de bonorum poss. contra tabulas, & aliis relatis à Mol. lib. 4. de hispanor. primogen. cap. 2. num. 41. Tertiò quia clausula de non reuocando apposta post dispositionem potius censi debet apposta ad executionem quam ad contractus dispositionem. Quæ autem opponuntur ad executionem contractus non mutant contractus naturam, element. 1. in fine de præbendis. Quarto clausula de non reuocando non tam à contrahentibus quam à notario solet apponi, quæ autem sic apponuntur dispositionem non variant ex doctrina Barr. in leg. 1. ff. de iure codicillor.

5 Nihilominus ex vi dictæ clausulæ à contrahentibus scienter apposta donationem causa mortis conuerti in donationem inter vivos firmat communis sententia teste Thoma Ferrario cautela 30. num. 1. & 2. Anton. Gomez, tit. 2. cap. 4. n. 22. Couarr. Rub. de testam. 2. p. n. 11. Petro Duenas reg. 217. Roland. à Valle. conf. 8. n. 25. & 27. Molin. lib. 4. de primogen. cap. 2. n. 45. Molin. Iulita disp. 287. post med. Matien. leg. 17. Gloss. 1. num. 10. tit. 10. lib. 5. noue compilat. Fachin. lib. 5. cap. 23. Gutier. 1. p. de iuram. cap. 12. num. 3. & aliis. Fundamentum delimitur ex leg. ubi ita donatur ff. de donat. causa mort. cuius hæc sunt verba, *Vbi ita donatur causa mortis, ut nullo casu reuocetur causa, donandi magis est quam mortis causa donatio, & ideo perinde haberi debet atque alia quæ inter vivos donatio, ideoque inter vivos, & uxores non valet, & ideo nec Falcidia locum habet quasi in mortis causa donatione.* Ad idem est lex si alienam rem §. 1. vers. sed & sic ff. de mortis causa donat. Et vi namque illius pacti donatio causa mortis conuertitur in donationem inter vivos.

6 Neque obsunt fundamenta opposita. Ad primum Glossæ fateor pactum de non reuocando repugnare donationi causa mortis, ideoque non posse cum ipsa consistere, benè tamen si prædictam donationem in donationem inter vivos conuertat, quod facillè præstare potest ob similitudinem. Secus verò contingit, de casu leg. cum precario, in quo actus conuerti nequit in alium similem ex pacto apposto contra eius naturam, ac proinde corrumpit. Ad secundum concedo, cum contractus est reuocabilis clausulas accessorias reuocabiles esse, nisi eius naturæ sint, vt transferant contractum in aliam speciem, sicut in præsentem contingit. Ad tertium, clausula non reuocandi esto subsequatur donationis dispositionem, non eius executionem præcisè afficit, sed dispositionem mutat. Quod secus contingit in casu dictæ element. Ad quartum nego ex voluntate, & stylo notarij eam clausulam apponi, sed ex voluntate contrahentium, vt colligunt Doctores. Felin. Decius, Ripa in cap. cum Ferrariensis de constitut. Quod pro certo habendum est, cum in præsentia contrahentium notarij scripturam conficit.

7 Sed quid si donans promississet se nunquam contrauenturum donationi causa mortis, & maxime si id iuramento firmasset, cog-

sebitur conuerti prædictam donationem in donationem inter vivos: Affirmat nosster Molin. disp. 287. post med. §. Molin. num. 46. tum quia in communi modo loquendi promissio non contrahendi est promissio non reuocandi. Tum quia reuocatio factis donationi contrahitur, cum omnino destruitur, sed oppositum magis placet cum D. Molin. lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 46. Non enim oppugnat, actum cuius natura reuocabilis est quæ illam reuocat sed quod ex perseverante aliquo contra eius naturam præstat. Nèque promittens non contrahente donationi intendit notam donationem facere, & prioriem abrogare, sed solum intendit nihil perseverante donatione eius naturæ contrarium moliri, quod nullatenus reuocatio præstat, cum reuocatio donationi causa mortis conformis sit. Præterea ea est sententia Bald. in dicta leg. cum quis ff. de condit. ob causam: vbi decidit non esse donationem inter vivos eam quæ quis donat post mortem suam adiecto pacto non contrahendi, quia hoc pactum negat. (Adaptari debet ad naturam contractus, & non dicitur contrahente qui vitatur natura contractus, leg. quaro §. inter locatorem ff. locati, ideoque Alexand. Cornueus, Aymon & alij superius relati, non de pacto non reuocandi, sed de pacto non contrahendi loquuntur.)

PUNCTVM XV.

Qui donare possint?

- 1 Omnes & singuli liberam administrationem habentes donare possunt.
- 2 Qui sub aliorum sunt potestate qualiter donent. Remittit responderetur.
- 3 Possuntne donare causa mortis qui donare inter vivos impediuntur.

Regula generalis est. Omnes & singuli qui liberam suorum bonorum administrationem, & viam habent donare possunt. Cum omnibus concessum sit sua bona alii committere, nisi expresse prohibeantur. Qui verò nomine alterius rem administrant indigent speciali mandato: non enim sub generali administratione potestas donandi continetur. leg. fin. ff. de Donationib. & leg. creditor. §. Lucius. ff. de administrat. tutor. & tradit Fachinus lib. 9. controuers. cap. 43. Menoch. de arbitrar. casu 432. cap. 43.

Quod eos verò qui sub aliorum sunt potestate, quibusque bonorum administratio interdita est, vi sunt minores, infantes, prodigi, religiosi, coniugati, præcedenti disp. punct. 5. hæc examinatum est quo pacto possint contractus celebrare. Quæ contractus donationis adaptari facillè queunt. Deinde tract. 6. de ebarit. disp. 2. punct. 13. explicuimus quas elemosinas præstare possint qui sub aliorum sunt potestate. Ex qua doctrina facillè deducet quid de remuneratorijs donationibus, aliisque in honestas recreationes inlumpis dicendum sit.

Quapropter solium superest examinandum, an his quibus donationes inter vivos prohibentur possint mortis causa donare: quibus sigillatim in sequentibus dicendum est.

PUNCTVM XVI.

An filiusfamilias pubes donare mortis causa possit?

- 1 Filiusfamilias de bonis castrensis aut quasi, & in regno Castellæ de tertia bonorum aduentitiorum parte donare potest.
- 2 Negant aliqui spectato iure communi donare mortis causa posse filiumfamilias de bonis aduentitiorum etiam ex consensu patris, sed verius est oppositum.
- 3 Etiam cum usufructus, & administratio sibi integrè competit negant plures donare mortis causa posse aliquo consensu patris.
- 4 Verius est oppositum.
- 5 Filiusfamilias donare suo parenti mortis causa potest.
- 6 Expenditur, an sustinenda sit ea donatio sibi in testamentum adiecta clausula si non valet in vi testamenti valet in vi codicillor. & vltima voluntatis.

VT distinctè procedamus, Filiusfamilias pubes de bonis castrensis, aut quasi etiam absque patris consensu donare mortis causa potest. Itemque in Castellæ regno de tertia parte bonorum aduentitiorum, quia de his omnibus testari, libere potest. Et cui testamenti factio permisa est, & donatio mortis causa perimititur, vt probant leges num. præced. relata: & aduertit Molin. lib. 2. de primogen. cap. 9. n. 19. & alter Mol. lictaria. disp. 288. §. quid de hac re.

Spectato tamen iure communi grauis est dubitatio, an filiusfamilias bonorum aduentitiorum donationem causa mortis præstare possit, saltem ex consensu patris expresse? Negant aliqui eo quod non possit de his bonis facere testamentum. leg. penult. Cod. qui testam. facere possunt. At cui interdicitur testamentum

factio, interdicta videtur donatio causa mortis aliis prohibito...

tionem acceptavit, valida est donatio, quia sub illis verbis iure...

PUNCTUM XVII.

Qualiter minores causa mortis donare possint?

- 1 Plures censent minorem causa mortis absque autoritate...

Minor curatorem habens possit ne absque curatoris autoritate...

Nihilominus verius censio absque autoritate curatoris non...

Neque argumenta in contrarium videntur. Nam regula illa...

PUNCTUM XVIII.

Mulier an donare mortis causa possit?

- 1 Afferunt plures mulierem nuptam absque viri consensu...

Non

3 Sed an cum usufructus, & administratio bonorum aduenturorum...

4 Ceterum etsi hae sententia communis valde probabilis sit...

Præterea et si filiosfamilias absque consensu patris interdictum...

5 Hinc deducitur, an filiosfamilias donare mortis causa possit...

6 Secundo deducitur, an sustinenda sit ea donatio qua filius in...